erat verbum · hoc erat in principio apud deū
Hec denuo ſempiternitas intimatur ī pſalmo
vbi dicitur · Deus autem rex noſter ante ſecu
la · ¶ Et alio loco · ſempiterna quoq; eius
virtus et diuinitas · · · · · · ·

· ·

Firmiſſime tene et nullaten⁹ dubites
ſanctā trinitatem ſolum verum deum
ſicut eternum ita ſolum naturaliter in
commutabilem eſſe · Hoc enim ſignificat cū
dicit ſeruo ſuo moyſi ego ſum qui ſum · Huic
et ī pſalmis dicitur · In principio domine ter
ram fundaſti · et opera manuum tuarum ſunt
celi · Ipſi peribunt tu autem permanes ⁊ om
nes ſicut veſtimentū veteraſcēt · Et ſicut oper
torium mutabis eos et mutabuntur · tu autē
idem ipſe es et anni tui non deficient ·

· ·

Firmiſſime tene et nullaten⁹ dubites
ſanctam trinitatem ſolum eſſe verum
deum rerum omnium viſibilium atq;
inuiſibilium creatorem de quo ī pſalmis dicit᷑
Beatus cuius de⁹ iacob adiutor eius ſpes ei⁹
in domino deo ipſius q̄ fecit celum et terram

mare et omnia que in eis ſunt · De quo etiā apoſtolus dicit · Quoniam ex ipſo ⁊ per ipſū et in ipſo ſunt omnia · ipſi gloria in ſeculorū ſecula · A · M · E · N ·

FIrmiſſime tene et nullatenꝰ dubites patris et filij et ſpiritus ſancti vnam quidem eſſe naturam · Tres vero eſſe perſonas · patremq; ſolū eſſe qui dixit · Hic eſt filius meus dilectus in quo michi compla cui · Et filium ſolum eſſe ſuper quem illa vox ſolius patris ſonuit quando in iordane ſecun dum carnem baptiſatus eſt vnigenitus deus Qui carnem ſolus accepit · et ſpiritum ſanctū patris et filij ſolum eſſe qui in ſpecie columbe ſuper criſtum baptiſatum et aſcendentem ab aqua deſcēdit · Et quinquageſimo poſt reſur rectionem criſti fideles immo loco poſitos in līguarum ignearum viſione aduemens reple uit illam vocem qua ſolus locutus eſt deꝰ pat Et illā carnē q̃ ſolꝰ homo factꝰ eſt vnigenitꝰ deꝰ · Et illā colūbā ī cuiꝰ ſpecie ſpūs ſanctꝰ ſu per criſtū deſcēdit · Illaſq; līguas igneas in quaꝝ viſiōe fideles vno loco ꝯſtitutos ꝯpleuit opa eē totiꝰ ſcē trinitatis · idē vniꝰ dei · q̃ fecit omnia in celis ⁊ ī terrā viſibilia et inuiſibilia